

vero retinere domino non licet nisi ex consensu vasalli, totum vero alienare potest ex consuetudine ped' (?) maiori, minori vero ita demum sciente¹ totam partem in eos in quem² beneficium³ alienet, quod in curia Mediolanensium⁴ non licet⁵.

Si hereditas vasalli repudietur, feudum etiam amittitur, quod si ab negato⁶, ad quem pertinebit, repudiata fuerit, feudum paternum nihilominus retinebit⁷.

III. (Siehe n. 2.)

Illud quidem non diffiteor, si vasallus maxime qui fidelitatem domino fecit vel facere debet alicuius rei se a domino noviter investitum contendat, etiam per alios, qui non sunt pares, probare possit. Huius rei ratio talis inest natura, ut sicut de curia non debet exire nisi per curiam hoc est per vasallum curie, ita non poterit intrare rem nisi per pares curie. Ceterum si in curia sit, etiam per alios qui incendit (!) probare potest.

§ Quidam sine herede masculo decessit relicta filia vel alia quae in allodio succedere debet. Quaestio est inter dominum seu parentem de aliquo manso vel terra dicendo feudum esse et ideo ad se reverti debere et filia quis probare debeat quaeritur. Et primo dominus vel parentes feudum fuisse, et si non poterit probare, tunc filia probabit allodium. Utroque in probatione deficiente, dabitur defensio domino, et si dominus defendere noluerit, tunc si filia Lombarda est, defendat se cum 12 et optineat, sed si Romana et si non praestiterit, obtineat⁸.

1) 'scientem' M. 2) 'quod' M. 3) 'est' add. M. 4) 'Mediolani' M. 5) Vgl. II/34 § 2. 6) l. 'ab agnato'. 7) Tgl. II/51 § 4; II/45. 8) Vgl. II/41 § 1; II/26 § 1. 2.